

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula V. In definitione ponatur genus proximum

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

animal terrestre, notum jam est, quid sit causa, & quid sit animal, cum prius explicari debeat, quid sit genus, vel id, quod se habet per modum generis, quam quid species.

XIV. Ex quò ipsò etiam colligitur, non quamlibet partem definiti complexi fas esse in definitione ponere: quia scilicet non quilibet pars est nota. Hinc vitiosa est Keckermanni & Timpleri definitio, quò dicunt, causam principalem esse eam, à quà effectus principaliter dependet, quia cum dicitur causa principalis, & quæritur quid sit, ignotum est, quid importeretur per vocem principale, neque notius est, quid sit, effectum ab aliquà causà principaliter dependere, quam quid sit causa principalis. Quapropter vox principale vel principaliter in dictam definitionem inconvenienter inseritur.

## REGULA V.

*In definitione ponatur genus proximum.*

I. Duplici modò contingit in definitione poni genus remotum: I, ita, ut ipsi conjungatur sola differentia specifica. Et hæ definitiones reprehenduntur: ut si dicas: *Homo est corpus rationale*. Mendoza has definitiones appellat *ineptias*. Fonseca *L. V. Inst. cap. XI* eas non simpliciter rejicit, & addit, graves autores

autore  
tur, n  
tias, p

II,  
esse qu  
sentia  
ficam.  
mul s  
non ta  
omnes  
non ex  
Unde p  
habere

III.  
nus ren  
ca diff  
adpon  
marum  
substan  
rationa  
nihil pl  
tes sunt  
proxim  
æquè  
pe



autores, ne minutissima omnia persequantur, multas sæpè omittere medias differentias, præsertim si facillè intelligi possunt.

II. Nostra sententia est, has definitiones esse quidem essentielles, (explicant enim essentiam rei per genus & differentiam specificam, quæ sunt prædicata essentialia, & simul sumpta recipiuntur cum definitio) non tamen esse perfectas, quoniam cum non omnes differentias intermedias contineant, non explicant expressè totam rei essentiam, Unde patet, tales definitiones vitii aliquid habere, aliquò tamen modò tolerari posse.

III. Contingit II. aliquid definiri per genus remotum, ita, ut ipsi non solum specificæ differentia, sed omnes etiam intermedie adponantur: ut si dicas: *homo est corpus animatum, mixtum, sensiens, rationale*; ve est, *substantia corporea, mixta, animata, sensiens, rationalis*. Atque hujusmodi definitiones nihil planè vitii habent, sed æquè excellentes sunt, atque illæ, in quibus ponitur genus proximum cum differentia specificâ, quia æquè perfectè explicant rei essentiam

per prædicata essentialia, Videatur Aristoteles VII. Met.

Cap. XII.

RE